

xxxix

QUOSIMQ; MODO ACCIPIENDA. QUAE DICTA SUNT.

Omnia tamen quae de hinc diligentius expetenda sunt. summam nunc abbreviatu accipimus. ut interim in superficie quadam. haec animi lectoris affuefaciant. ^{animi} quae in interiori scientiam posteriori tractatione descendat. Nunc uero quod erat pythagorici in more. ut cum quidam magistero pythagora diceretur. hinc nullus ratione petere audebat. sed erat ratio. docentis auctoritas. id quae fiebat. quae uero ^{etiam} firmior edocentia. roboratus. ipse earundem rerum ratione. nullo & iam doctore reperire. haec etiam nunc lectoris fidei. quo proponimus commendamus. ut arbitretur diapason. in dupla & tripente in sesquialtera diapente in sesquialtera diapente ad triplon in tripla. bis diapason. in quadrupla in septem consistere. Post uero & ratio diligentius explicabitur. & quibus modis aurium quoque iudicio consonantiae musicae colligant. Cetera quoque omnia quae superius dicta sunt. amplior tractatus edisserere. ut tonus sesqui octauam faceret. proportionem. cumque in duo aequa diuidi non posse. sicut nullam eiusdem generis proportionem. id est super particularis. Diapente etiam consonantiam duobus tonis semitonis consistere. Semitonum quoque uero esse duo. in auis acuminis. Diapente autem tribus tonis acuminis semitonis contineri. Diapason autem quinque tonis ad duobus minoribus semitonis expleri. neque ad sex tonos alio modo peruenire. haec omnia post uero. & numerorum ratione. & aurium iudicio comprobabo. atque haec haecenus.

QUID SIT MUSICUS

Nunc illud inueniendum. quod omnis artis. omnisque etiam disciplina. honorabilioris naturaliter habeat rationem. quam artificium. quod manu atque opere exercet artificis. Multo enim manus atque ueritas. siue quod quisque faciat. quam ipsum illud efficere quod sciat. & enim artificium corporale. quasi seruum famulatur. ratio uero quasi domina imperat. & nisi manus secundum id quod ratio sancti efficiat. frustrabitur. quanto igitur praeclearior. Scientia musicae. in cognitione rationis. quam in opere efficiendi atque accu. tam scilicet. quantum corpus mente superat. quod scilicet rationis experti seruitio degit. Illa uero imperat. atque ad rectum deducit. Quod si eius pareat imperio. ex per se opus rationis erubabit. Unde fit ut speculatione rationis. operandi accu. non negat. manu uero opera. nullas sine ratione ducant. Iam uero quantum sit gratia meritumque rationis. hinc intellegi potest. quod ceteri ut adicam corporales artifices. non ex disciplina. sed ex ipsis potius instrumentis. coepere uocabula. Nam et charyades exorchava. Auloedus exabia. caeteraque suorum instrumentorum uocabula. nuncupant. libro. musicus quia ratione perperis. canendi scientia non seruitio operis. sed imperio speculationis assumit. Quod scilicet in aedificariu. bellorumque opera. uidemus. in contraria scilicet nuncupatione uocabula. Eorumque nominibus. uel aedificia inscribunt. uel dicunt triumphis. quorum imperio a ratione instruitur. non quorum opera seruitioque profecta.